



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 1. Lansaci epistola ad Franciæ Regem, & Reginam circa Concilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER CLX.

PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,
FERD. I. OCC. IMP.

§. I.

*Lansaci epistola ad Franciæ Re-
gem, & Reginam circa
Concilium.*

Sæc. XVI.
A.C.1562.

*Mem. pour
le Cons. de
Trente ann.
1562. p. 258.
Pallav. hist.
l. 17. c. 14.
n. 1.*

Cum interea hæc in Synodo gere-
rentur, Lansacus Franciæ Orator
totam rei gestæ seriem ad Regem
Dominum suum perscribebat, præprimis
vero sese purgabat, quod vehementius
non institisset, ut nova Concilii indictio
fieret, cum Synodi dissolutionem inde
procurari pertinuisset, eoquod Hispani,
atque Itali nunquam id permissuri fuisset,
Cæsarei autem sibi satisfactum
crederent, dummodo nec continuatio,
nec nova indictio decerneretur, atque
Hispaniæ Rex a suo postulato desistere,
suos

suos Præsules jussisset. His præmissis **Sæcul. XVI.**
 sic in suis literis pergebat Lanfacus: **A.C. 1562.**

„Doctrinæ, ac reformationis capita in
 „nupera Sessione promulgata ad regiam
 „Majestatem vestram mittam: ceterum
 „quamvis ad disputationis initium cir-
 „ca doctrinæ articulum duntaxat fuis-
 „set quæsitum, utrum ad Cæsaris, &
 „Bavariæ Ducis Oratorum preces usum
 „Calicis Laicis concedere expediat, ni-
 „hil tamen hac in re hucusque fuit de-
 „cisum, sed duntaxat ad confirmandos
 „Constantiensis Synodi Canones qua-
 „tuor decreta promulgabantur, quibus
 „Communio sub utraque specie prohi-
 „betur. „ Data est hæc epistola die de-
 cima nona Julii, per aliam vero die
 vigesima quarta datam Regi significa-
 bat, quod ante biduum, vel triduum a
 Theologis quæstio de Sacrificio Missæ
 examinari cæpisset, editoque decreto
 fancitum fuisset, ut Oratores ex Theo-
 logis, quos eorum Principes ad Syno-
 dum decreverant, tres seligerent, interim
 ægre a se accipi scribebat, quod hac Pa-
 trum facultate uti non posset, ac proin
 Galli ab hisce deliberationibus exclusi
 essent, eoquod nullus hujus Nationis
 Theologus adesset, hacque ratione cun-
 cta ab Hispanis, Italis, ac Lusitanis, qui
 magno numero ad Synodum confluxif-
 sent, agitanda forent, atque ideo omni-

*Lettre de
 Lanfac au
 Roi 24. Jul.
 dans les
 mem. p. 263.*



Sæcul. XVI. no requiri inquiebat, ut unacum Theologice Doctoribus confestim Francicæ Præsules Tridentum mitterentur, ut proximæ Sessioni ad diem decimam septimam Septembris indictæ interesse valerent.

§. II.

Lansacus a Regina de proximo Lotharingii Cardinalis, ac sexaginta Gallorum Præsulum adventu edoctus.

Pallav. c. 14. n. 2. Aliquot post dies Regine Administratricis literæ ad eundem Lansacum fuere delatæ, in quibus hæc significabat: „insuperhabitis assiduis Regni tum multibus ante Mensis Septembris finem Tridentum venturi sunt sexaginta (*) Præsules, quos Lotharingius Cardinalis adducet: idcirco Sessionem usque ad illorum adventum protrahendam cura.„ Hanc quoque in sententiam

(*) Pallavicinus ex Lansaci literis, ait: *quadraginta Gallos partim Episcopos, partim Abbates adventuros, quod sane vero magis simile est, spectato exiguo admodum numero eorum, qui reipsa ex Galliis ad Synodum pervenere; consultius igitur fuisset, numerum in promissione imminuere, quam illum nudis verbis exaggerare.*